Ἀ"ζαλος, ν, ὁ, ſi α ſit privativum, qui parvi venti eſt, i. e. tranquillus: ſi vero α intenſive ſumatur, eſt, in tempeſtatibus verſatus, multo vento agitatus.

Ἀ"ζάω, exareſco; idem quod ἄ"ζω.

Ἀ"ζηχὴς, & ἄ"ζαχὴς, Heſych. idem quod ἀζηχὴς.

Ἄ"ζει, 3. præſ. ind. ab ἄ"ζω, ficco. Hinc ἄ"ζηται, præſ. ſub. paſſ. triſtetur. Ab ἄ"ζομαι, η, εται, proprie exareſco: per metaph. cura & mœrore conficior.

Ἀ"ζειρον, non variegatum, aut diſtinctum coloribus, ἄχρωτον. nam ζειρὸν, vel ζει-

ῆν,

Δημόσια Κεντρική Βιβλιοθήκη Βέροιας

ρὸν, idem quod ποικίλιον. ἄζυρον vero a ζυρὰ, est discinctus: si α sit privativum, ἄζωστος: vel contrarium, si α sit intensivum, πολύζωστος, i. e. multum cinctus.

Ἄζω, cole, Jon. pro ἄζου, præs. imperat. ab ἄζομαι. ἀζόμενος, venerans, part. ἄζετο, venerabatur, imperf. Jon.

Ἀζάω, ferveo, idem quod ζέω. α est intensivum.

Ἀζειρέω, Hesychio, idem est quod ἀζαίνω, sicco.

Ἄζυγος, ον, ὁ, injugatus, non conjunctus: idem quod ἄζυξ, & ἄζυγος, vel ἀζυγὴς, ex α priv. & ζυγὸς, jugum.

Ἄζηχρὴς, Hesychio teste, est σκληρὸς, aridus; vel χαλεπὸς, difficilis, gravis. idem ἀζεχὲς affert pro ἀδιάλειπτον, non intermissum; vide ἀζηχρὴς.

Ἄζη, situs, squalor; est Jonice, pro ἄζος.

Ἀζηλὶς, dicitur lignum quoddam in curru: τὸ ἀπὸ τῆ ἀσπιδίσκης κατὰ τὸν τόνον κεκμηκὸς, ut tradit Poll. lib. 1. pro quo apud Hesych. est ἀζήρεις.

Ἄζηλος, ον, ὁ, ἡ, quem nullus æmulatur, vilis: ex α & ζῆλος.

Ἀζηλοτυπὸς, ον, ὁ ἡ ὁ, luspicione alienus, vacuus zelotypia, invidia, & zelotypia carens: Cic. ad Attic. inde ἀζηλοτύπητος, ον, ὁ ἡ ὁ, quem æmulari, aut cui invidere nemo solet: Plut. ex α priv. & ζηλότυπος, invidia percussus, ὁ ζῆλος τυπεὶς.

Ἄζημος, ον, ὁ, ἡ, nulla mulcta notatus, ex α & ζημία.

Ἀζὼ, ὄνος, barba, ab ἄζω.

Ἀζυξ, idem quod, ἄζυγος.

Ἀζήτητος, indiscussus, Æschines adversus Crestph. ex α priv. & Th. ζητέω, inquiro.

Ἄζηστος, venerandus, σεβαστός. Th. est ἄζω, cum spiritu aspero, veneror, colo, σέβομαι.

Ἀζηχὴς, ὲος, ὁ, ἡ, magnum sonum edens: ex α, & ἠχὸς· hinc ἀζηχέως, adv. Sumitur & pro duro & arido, ab ἄζη, ariditas. Et pro indefinenter, quasi ἀδιηχὴς, & ἀδὸν ἴσχων, non disjunctus, & semper habens.

Ἄζοι, οἱ ϗ αἱ, servi, famuli, vel servæ, famulæ, apud Athen. lib. 2. & apud Eust. Th. ἄζω.

Ἀζοχρωσὶα, squalor, ariditas, ξηρασία, ab ἄζη, Eust. Iliad. ζ.

Ἀζόμενος, idem cum ἄζω, veneror: hinc ἄζονται, pro ἄζονται, præs. ind.

Ἄζομαι, (cum spiritu leni) idem cum ἄζω, ficcesco, arefco, tristor: Hesiod. in Theogn.

Ἀζυγία, ας, & ἀζυγίη, cœlibatus, & ut ita dicam, injugatio, τὸ ἄζυγον, Archil. ex α priv. & ζυγὸς, jugum.

Ἄζυγος, ον, ὁ, ἡ, cœlebs, injugatus.

Ἀζυγὴς, ὲος, idem, & Ἄζυξ, γος, ὁ ϗ ἡ. Th. ζεύγνυμι.

Ἄζυμα, ων, τὰ, azyma. Th. ζύμη. fermentum. Inde ἄζυμος, infermentatus.

Ἄζυμίτης ἄρτος, infermentatus panis. Levit. cap. 7. ex α priv. & ζυμίτης, fermentatus. Th. ζύμη, ης, ἡ, fermentum.

Ἀζυμίτης, ου, ὁ, infermentatus.

Ἄζω, ficco, arefacio. Ἄζω, & ἄζομαι, veneror. ἀζητὸς, venerandus.

Ἀζωλία, f. ήσω, irascor, ἀγανακτῶ.

Ἄζωνος, ον, ὁ ϗ ἡ, qui sine zona est, discinctus: α priv. & ζώνη, zona, cingulum. Th. ζωννύω, vel ζώννυμι, f. ζώσω, cingo.

Ἄζωος, ον, ὁ ϗ ἡ, animal seu animans non procreans: unde ἄζωα ἀσπέρματα, i. e. semina, quæ nulla creant animalia: Theophr. lib. 4. de causis plant. & lib. 14. c. 16. ϗ γὰρ τοιαῦτα ἄζωα, i. e. ὰ ζῶντα, animalia quæ non generantur ex aliis: ex α priv. & ζῶον, animal. Th. ζάω, ῶ, vivo.

Ἄζων, nomen propr. viri.

Ἄζωνος, Hesychio, (sub. οἶνος) est ὁ ἀκρατος, οινος, (seu potius οἶνος κεκραμένος) vinum bene temperatum: ex α intens. & ζωρὸς, ὁ, merus, meracus; ut ζωρότερος οἶνος, ζωρὸν μέθυ, vinum meracum seu merum, apud Apoll. & ζωρὸν πῶμα, in Epigr. potus meracus: vide ζωρότερον.

Ἀΐζωστος, discincti pl. ex α & ζωστὸς.

Ἀΐζωστος, ον, ὁ ϗ ἡ, & ἄζωστος, discinctus, qui cinctus non est: Hesiod. Plutarch. ex α priv. & ζωστὸς, ὴ, ὸν, cinctus. Th. ζωννύω. fut. ζώσω, cingo.

Ἀΐζωστος, ου, ἡ, nomen urbis.

A H.

Ἄ᾽Η, spirabat, 3. imperf. act. ab ἄημι.

Ἀηδέστερος, ingratior. comp. ab ἀηδὴς.

Ἀηδήκοντες, perf. part. Poet. pro ἠηδηκότες, ab ἀηδάω, tædio afficior: ab ἠδύς, vel ἀδάω, vel ἄδω.

Ἀηδὴς, ἐος, ὁ ϗ ἡ, & τὸ ἀηδὲς, injucundus, a, um. ἀηδῶς, adv. molestè, ἀηδία, molestia: ab α & ἡδὺς.

Ἀ᾽ηδίζον, pro ἠνδίζον, imperf. act. ab ἀηδίζω· hinc ἀηδιζόμην, infestabar, impert. pass. Th. ἡδὺς.

Ἀηδόνα, acc. sing. ab ἀηδὼν.

Ἀηδονιαῖος, ία, ον, idem quod & a Them. ἀηδὼν, ὀνος· item ἀηδονιος, ὁ ϗ ἡ, ad luscitiam pertinens: ut ἀηδονιος ᾠδὴ, luscitiæ cantio, & ἀηδόνιον μέλος, pro eod. Item ἀηδὼ, οῦς, & ὦς, per contractionem, idem quod, ut & omnia, a Them. ἀηδὼν, ὀνος, quod quidam ab ἀεὶ, & ἄδω, detivari velint, quod luscinia semper cantet, ubi semel incœperit.

Ἀηδονίδες, ῶν, εἰ, luscinarum pulli: ἀηδονὶς, ἴδος, ἡ, luscitiola.

Ἀηδὼν, όνος, ἡ, luscinia, q. ab ἀείδω, quia canora.

Ἀηδῶς, insuaviter, injucunde: ut ἐσθίειν, ἀηδῶς, apud Xen. Præd. 1. non suaviter edere, id est, nulla cum delectatione: item gravate, illibenter; est adverb. ab ἀηδὴς, insuavis, odiosus: unde etiam ἀηδία, insuavitas, injucunditas: item tædium, & pro cibi fastidio, quod ἀπορεξία proprie vocatur: atque inde

Ἀηδίζομαι, tædio afficior, fastidio; sed expon. & abhorreo: ut apud Aph. ἀηδίζομαι τῷ ξένῳ, i. e. a rei novitate abhorreo.

Ἀηδὼν, idem.

Ἄ᾽ηθ᾽, pro ἄημι, spirabat, ob seq. aspirat. imperf. ab ἄημαι. Th. ἄημι.

Ἀήθεια, dat. sing. Jon. ab ἀήθεως, insolentia: ex α & ἦθος.

Ἀ᾽ήθεσιν, pro ἠθέσιον, euphoniæ gratia, imperf. act. ab ἀηθέσω, pro ἀηθέω, insuetus sum ab α, & ἦθος.

Ἀήθης, ους, ὁ ϗ ἡ, insolitus.

Ἀήθως, inexperte, præter morem, Thuc. est adver. ab ἀήθης, insuetus.

Ἀήκης, εος, ὁ ϗ ἡ, aciem non habens, non acutus, cui cote non est facta acies, obtusus, hebes: unde in neut. ἀήκες ξίφος, apud Suid. gladius non acutus, ex α priv. & ἀκὴ, ῆς, ἡ, mucro, cuspis, acies ferri.

Ἄ᾽ημα, ατος, τὸ, spiritus, flatus, spiraculum: Soph. est verbale ab ἄημι, idem quod Th. ἄω, fut. ἥσω, spiro, flo.

Ἄ᾽ημι, pro ἄημι, idem quod Th. ἄω, spiro.

Ἄ᾽ημενοι, flare. præs. inf. Dor., vel Jon. pro ἄϋσαι, ab ἄημι.

Ἀημερὶα, idem quod ἀνημερὶα, immitis, & immansueta animi affectio: Sophocl. in Ajace: ex α priv. & ἥμερος, ον, ὁ ϗ ἡ, mansuetus, mitis.

Ἄ᾽ημι, v. Ἄω.

Ἀήρ, ἀέρος, ὁ. In f. g. significat caliginem, q. ab ἄω.

Ἄ᾽ημ, 3. sing. ab ἄημι, flo. 3. pl. ἄᾶσι.

Ἄησις, εως, ἡ, ventus, flatus, spiritus: Eurip. Th. ἄω, spiro.

Ἀήσυλος, ον, ὁ, molestus, iniquus, dictio Poetica: idem quod ἀπρηκτὸς, παράσημος, molestus, iniquus: vel pro ἄσυλος, ab ἄσυλον· vel ab α & ἠδὺς. v. ἀάσυλος.

Ἀήσυρος, ον, ὁ, levis, tenuis, sublimis: παρὰ τὸ ἄϊσσω σύρεσθαι.

Ἄητας, acc. pl. ἀήτας, sing. ab ἄήτης, ου, ὁ, flatus. nom. pl. ἄητοι, flamina. Dicitur & ἀήτη, ης, idem ab ἄημι.

Ἄ᾽ητη, ἡ, & ἄητος, ου, ὁ, ventus; Od. ι. interdum autem dicitur ἀϋσάμενος ἄητη· ut Iliad. ο.

Ἄ᾽ητοι, flatibus & ventis expositus: ab ἄω, f. ἥσω, flo, spiro, vel ab ἄημι, idem.

Ἄ᾽ητο, imperf. 3. sing. ἄητο, dual. spirant. ab ἄημι. ἄηται, volitant.

Ἀητόρμη, expon. ventis fluens, seu ex quo fluente venti exoriuntur: vox ficta, apud Plat. in Cratylo, differentem ex etymo. nominis ἀήρ, ex præced. ἀήτη, & ῥέω, ἡ, seu ῥοὴ, ὁ, a Them. ῥέω.

Ἄ᾽ητος, vel ἄητος, ventis expositus. ab ἄω, flo. Vel est, insatiabilis: ex α, & ἄω. Sic ἀήτου, Poet. pro ἄστου.

Ἀ᾽ήττητος, ὁ ϗ ἡ, invictus. Th. ἠττάομαι.

Ἄ᾽ητος, ου, ὁ ϗ ἡ, invictus: ut Philo de mundo, φῶς ἄητος, inexpugnabilis, natura: item insaturabilis, inexplebilis, ἄπλητος. Th. idem.

A Θ

Ἄ᾽Θ᾽, pro ἄπ, quippe, tanquam.

Ἀθαμὴς, contumax, suspiciosus. curiosus: Etym.

Ἀθάλαττος, seu ἀθάλαττος, ον, ὁ ϗ ἡ, maris expers: ut οἶνος ἀθάλαττος, vinum non dilutum aqua marina, seu cui aqua marina non admixta est, seu infusa. Galen. ex α & θάλασσα.

Ἀθαλασσήτους, seu ἀθαλάττωτος, ὁ, maris inexpertus, rei nauticæ rudis: ὁ μὴ ναυτικὸς, insolens navigandi: Aristoph. Th. idem.

Ἀθαλὴς, aridus, non virens. Plut. ex α priv. & θάλλω. f. θαλῶ, vireo.

Ἀθαλπέως, Jonice pro ἀθάλπως, sine calore, seu æstu: Hippocr. ex α priv. & θάλπω. f. ψω, foveo, calefacio.

Ἀθαλπὴς, qui est sine calore, seu æstu: ex α priv. & θάλπος, ους, τὸ, calor, fervor, æstus.

Ἀθαμβὴς, ὲος, ὁ ϗ ἡ, intrepidus: ab α & θάμβος. Ἀθαμβῶς, adverb. impavide.

Ἄθαμβος, ον, ὁ ϗ ἡ, idem, audax. Th. idem.

Ἀθαμβὶη, stupor: Democr. Th. idem.

Ἀθάνα, Dor. pro Ἀθηνὰ, ης, ἡ, Minerva: item Ἀθανὰ, ας, ἡ, & Ἀθανὰα.

Ἀθανασία, ας, ἡ, immortalitas.

Ἀθάνατοι, immortales, pl. f. g. ἀθανάτης, pro ἀθανάτους, Jon. dat. pl. sic & ἀθανάτοισι, pro ἀθανάτοις, gen. sing. ἀθανάτοιο, pro ἀθανάτου, ab ἀθάνατος, ον, ὁ, ἡ. Ἀθανάτων, Dor. pro ἀθανάτων. Ex α, & θάνατος.

Ἀθανατίζω, immortalitate dono.

Ἄθαπτος, ὁ ϗ ἡ, insepultus. Th. θάπτω.

Ἀθάρα, ας, ἡ, pultis genus: quasi ab ἄθηρ, arista, pultis materia.

Ἀθαρίζω. f. ίσω, vel ἀθερίζω, vilipendo, parvipendo, vitupero, violo, propriè contemno tanquam ἄθηρας, aristas, viles, sc. quas agricola metere dedignatur: Eustathius. Th. ἄθηρ, arista.

Ἀθαρσὴς, ὲος, ὁ ϗ ἡ, fiduciæ expers, qui sibi timet, trepidus: Eust. ex α priv. & θάρσος, εος, τὸ, fiducia.

Ἀθαυμαστὶ, adverb. citra admirationem: ex α priv. & Th. θαυμάζω, miror.

Ἄ᾽Θε, pro αἴθε, utinam: Suid. forte scrib. αἴθε.

Ἀθεάμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, qui non spectat. Synes. de insomn. ex α privat. & θεάομαι, specto.

Ἄθεατος, ον, ὁ ϗ ἡ, invisibilis, qui non spectatur, ἀθέατος, invisibilis, qui non visus, qui videri spectarive nequit: Luc. & Plut. item, non visendus, non inspectandus: Plut. in Numa. Item active, qui non vidit, seu spectavit: Luc. Xen. ex α privat. & θεάομαι, specto.

Ἀθέλξεις, pro attractione poni videtur, apud Hippoc. de artic. verbale a Them. ἀθέλγω, fugo, fuctu, vel mulctu detraho, &c.

Ἄθεοι, adverb. sine Deo; idem quod ἀθέως.

Ἀθεὶ, adverb. sine numine Divum, ἄνευ θεῶν.

Ἄθεστα, Poet. pro ἀθέατα, non aspectanda: ex α & θεάομαι.

Ἀθέη, ας, ἡ, impietas in Deum, providentiæ divinæ abnegatio: Dan. cap. 10. Naz.

Ἄθεκτος, ον, ὁ, non divinus: Nomine

Δημόσια Κεντρική Βιβλιοθήκη Βέροιας

divino non afflatus : utrumque ex α pr. & Θεὸς, ὁ, Deus.

Ἄθηρᾰς, vel Ἀθηρὴς, vel Ἄθηλῐ, ἀθ-, ὁ ᾗ ἡ, accuratus, item non curans.

Ἀθηλάζω, ἀμέλγω, inf. mulgere.

Ἄθῆλαι, f. ξω. p. χα. mulgeo : q. a θηλή, papilla : α vel otiosum, vel congreg.

Ἀθέλω, nolo : ex α priv. & θέλω, pro ἐθέλω, volo.

Ἀθεμβῶν, est lascivire.

Ἀθεμέλῐος, & Ἀθέμελος, ον, ὁ, ᾗ ἡ, fundamento carens, sine fundamento : Hesych. ex α priv. & θεμέλιον, ν, τὸ, fundamentum.

Ἄθεμῐς, & ἀθεμίστεος, ν, ὁ ἡ, injustus. Dicitur & ἄθεμις. Ex α, & θεμιστός.

Ἀθεμιτουργία, ἡ, facinus nefarium, scelus, ἀθέμιστον ἔργον.

Ἀθέμῐτος, ν, ὁ ᾗ ἡ, nefarius : τὸ ἀθέμιτον, nefas. ex α, & θεμιτός.

Ἀθεμιτογαμία, illicitæ nuptiæ, seu illegitimæ : unde ἀθεμιτογαμέω, illicitas contraho nuptias : ex ἀθέμιστος, & γαμέω, unde γάμος, ὁ.

Ἄθεος, ὁ, expon. Dei expers : ex α pri. & θεὸς, ὁ. proprie signif. qui sine Deo est, impius : qui vel Deum esse non credit, vel credens non colit : apud Soph. Aristoph. Luc. Plat. &c. seu res etiam dicitur esse ἄθεος, id est, sine Deo, vel impia : ut γῆ ἄθεος, apud Plut. ubi nulli sunt dii, & ἄθεος δεισιδαιμονία, apud Greg.

Ἄθεστος, ον, ὁ, Dei expers : ex α, & Θεὸς.

Ἀθεότης, ητος, ἡ, impietas, Dei carentia, &c. Plato. Th. idem.

Ἀθεραπῠσία, ᾱς, qu. d. cultus carentia : dicitur enim de re, quæ inculta manet, neglectus, incultus, substantive, Plato : ex α priv. & θεραπεύω, famulor, servio. Th. θεράπων, minister, famulus.

Ἀθεράπευτος, ν, ὁ, incurabilis, non serviens : ex α & θεραπεύω.

Ἀθερεγενὴς, seu ἀθερηγενὴς, ἐος, ὁ ᾗ ἡ, spicas, seu aristas habens, vel generans : Nicand. ex ἄθηρ, ἠρος, ὁ, spica, arista, & γείνομαι, gigno, genero, &c.

Ἀθερὴς, inspicatus, exacuminatus, acutus, rigidus : item, contemptus, &c. Viz. ut ἄθηρ arista, pars spicæ acuta, &c. Occurrit etiam ἀθερὴς, accuratus, exquisitus. unde ἀθερέως, accurate, exquisite, ad unguem : Etymol.

Ἀθερίζω, f. ἰσω, sperno, contemno, reprobo. ἀπμαίζω, ἀποδοκιμάζω, parvipendo, ἀπειθῶ, ἀποβάλλω : Hom. Iliad. α. & lib. 7. Epigr. fit ab ἄθηρις, οἱ, aristæ, spicæ degeneres, quæ rejiciuntur, plur. masc. Vide sing. ἄθηρ, ἠρος, ὁ, arista. unde in pl. ἄθερες, in vetusto dictionario sunt spicæ ex area abjectæ. vide etiam supra ἀθερεγενὴς, quod idem significat.

Ἀθερίζων, parvi penderunt, imperfect. Jon. ab ἀθερίζω, f. σω. p. ἠθέρικα. Th. ἄθηρ.

Ἀθερῖνη, ἡ, atherina, piscis : Arista, Gazæ, apud Aristot. Hist. An. 6. 17. Eustath. deducit ab ἀθερίζω.

Ἀθερὶξ, & per pleonasmum literæ ν, ἀνθερὶξ, ικος, ὁ, idem quod ἄθηρ, arista, vel cuspis aristarum, acus, eris. Vide ἀνθερὶξ. Th. est ἄθηρ. Vide.

Ἀθερίσαι, fut. ίξω. præt. χα, idem quod ἀθερίζω, quod vide : i. e. contemno, rejicio : Apol. 2. Argon.

Ἄθερτος, ν, ὁ ᾗ ἡ, non demessus, qui est adhuc in spica, & neglectus, ἀπρόσκοπος, ut Hesych. exponit. Vide supra ἀθερίζω, vel est ex α priv. & θερτὸς, ὸν, ὁ, messis : Th. θέρος, ους, τὸ, æstas ; item, messis : unde θερίζω, æstivo, item meto, &c.

Ἀθέρμαντος, ν, ὁ ᾗ ἡ, non calefactus, vel qui non calefit : ex α priv. & θερμαντὸς, ὴ, ὁ, calefactus : a θέρμω, vel θερμαίνω, f. ανῶ, calefacio. Th. θέρω, f. θερῶ, idem. unde θερμὸς, ὴ, ὁ, vel ἡ, calidus, vel calida.

Ἀθερολέγος, spicilegus, qui spicas, seu aristas colligit. ex ἄθηρ, spica, & λέγω, lego, idest colligo.

Ἀθηρίζει, ους, ὁ ᾗ ἡ, aristatus : ut ἀθηρίζει στάχυι, aristata spica : Gaza.

Ἄθηρμα, ατος, τὸ, tuberculum in capite nasci solitum, teste Celso, cui sc. subest aliquid pulticulæ simile, unde legendum potius ἀθήρωμα, ἀπὸ τῆς ἄθήρας, pultis genere. Vide Th. ἀθάρα.

Ἀθεσία, ας, ἡ, inconstantia in pactis : vide ἀθετέω.

Ἀθεσμία, ας, ἡ, transgressio legis, παρανομία, iniquitas, scelus. & ἄθεσμος, idem quod ἄθεμις, Nonn. lege carens, exlex, de quo lex posita non est : item illicitus, iniquus, &c. Unde adv. ἀθέσμως, contra leges, inique, nefarie, illicite, παρανόμως, ex α priv. & Th. θεσμὸς, ὸ, ὁ, lex, idem quod νόμος.

Ἀθεσμόβιος, qui exlegem & injustam viram degit, injustus, facinorosus : Non. ex ἄθεσμος, & βίος.

Ἄθεσμος, ν, ὁ, ἡ, nefarius. Th. θεσμὸς.

Ἀθέσφατος, ν, ὁ, ineffabilis : ex α, & θέσφατος, q. θεόσφατος, a Deo pronuntiatus. Sumitur etiam pro nefando. Sed sæpius in bonam partem accipitur, & tum α non est privativum, sed intensivum.

Ἀθετέω, ῶ, abrogo, aboleo, sperno, f. ήσω. p. ἠθέτηκα. a nomine ἄθετος, ν, ὁ, irritus : ἀθέτησις, actio, qua aliquid irritum redditur. Ex α, & θετὸς. Hinc ἀθέτησι, ἡ, abolitio.

Ἀθέτημα, ατος, τὸ, idem quod ἀθέτησις, improbatio, abrogatio : legitur 3. Reg 8. & Hierem. 12.

Ἀθετῶς, adv. scelerate, impie, ἀθέσμως ; Æschylus in Prometheo : ab ἄθετος, ὁ ᾗ ἡ, ineptus vitandus, abdicandus, inutilis, &c. Vide ἀθετέω, ῶ.

Ἀθεωρητὶ, adv. sine contemplatione.

Ἀθεώρητος, ὁ ᾗ ἡ, non spectabilis, sub aspectum non cadens : Aristot. de mundo : item improvisus, a contemplatione alienus, &c. Plutar. in Numa : unde ἀθεωρήτως, adv. q. d. non spectabiliter, aut invisibiliter : apud Greg. item imperite, &c. ex α priv. & θεωρητὸς, spectabilis. Th. θεωρὸς, ὸ, ὁ, spectator, unde θεωρέω, ῶ, specto.

Ἄθεως, impie, sine Deo, adverbium a nomine ἄθεος, Dei expers.

Ἄθεστος, non perspicuus, non visus ; non spectatus, latens, occultus : ex α priv. & θητὸς, spectabilis : vide.

Ἄθηλος, ν, ὁ ᾗ ἡ, uberibus insuetus, ablactatus : qui lac non suxit, vel qui ubera non suxit amplius : ex α priv. & θηλὴ, ῆς, ἡ, papilla : Mammæ seu uberis apex.

Ἄθηλυς, non fœmineus, minime effœminatus, virilis : item, ἀθήλυντος, idem ; ex α priv. & θῆλυς, εως, ὁ, vel ἡ, fœmineus. vide.

Ἀθήνη, q. ἀθήλη, ex α, & θηλή. Dicitur & Ἀθηνᾶ, gen Ἀθήνας, q. ab Ἀθηνάω. Sic & Ἀθηναίη, ης, ἡ, ut & Ἀθηναία, Minerva. Forsan a תאנה teena, olea, vel a תנא tana, docens, vocali α præposita. Minerva scilicet fuit oleæ inventrix, & Dea doctrinæ. Hinc Ἀθήνιος, ου, αἱ, Athenæ. Ἀθηναῖθεν, adv. Athenis. Ἀθηνάζε, Athenas. Ἀθηναῖος, Athenienſis.

Ἀθηνογέρων, οντος, ὁ, q. d. senex scholasticus, qui in senectute literis navare operam incipit : item, ὑπεραθήν. composita dictio, ex Ἀθήνη, Minerva, quæ studiis præesse dicebatur, & γέρων, senex.

Ἄθηρ, ἠρος, ὁ, arista : hinc ἀθερίζω.

Ἀθὴρ, ῆρος, ὁ, acutus.

Ἀθήρη, ἡ, Æolice, & Attice, ἀθάρη, idem quod ἀθάρα, ας, ἡ, pultis, seu polentæ quoddam genus : Dioscor. l. 2. Athera est sorbitio, seu medicamentum ex Zea minutissime molita confectum, seu puls tritica, aut ex alia fruge. Plinius hanc vocem Ægyptiam esse tradit : alii tamen ab ἄθηρ arista derivant.

Ἀθήρευτος, ν, ὁ ᾗ ἡ, invenatus, sine feris, ἄθηρος, Xenoph. a venatoribus non indagatus, vel a venatore non captus : ex α priv. & θηρευτὸς, venabilis, a θήρα, ᾶς, venatio : unde θηρεύω, feras venor.

Ἄθηρος, expers venationis, Synes. epist. 105. Item, carens feris, & noxiis belluis : ut ἄθηρος χώρα, regio expers ferarum : Plutarch. ex α priv. & θὴρ, ῥός, ὁ, fera.

Ἀθηρία, ας, ἡ, penuria ferarum, idem Th. & comp.

Ἀθηρηλοιγός, ὸ, sive ἀθηρολόγος, ν ; τὸ πτύον τὸ τοὺς ἀθέρας διαλέγον καὶ διακρῑνίζον, ventilabrum ; quod ita dicitur, quod sit aristarum pernicies, & exitium : & est pro ἀθηρηλοιγός, κατ' ἔκτασιν. Odyss. λ. ex ἀθὴρ, έρος, & λοιγὸς, ὁ.

Ἀθηρόβρωτον ὄργανον, Sophocles vocavit, quod Hom. ἀθηρηλοιγὸν, ut inquit Eustat. at Hesych. dicit esse cochlear, quo agitatur in olla puls quædam ἀθήρη, sive ἄθηρα dicta : comp. cum βρωτὸς, ὁ, seu βρωτὸν, τὸ, a Th. βιβρώσκω, f. βρώσω.

Ἀθήρωμα, idem quod ἀθέρωμα, scil. pultatio ; seu nervosa tunica, in qua pultaceus humor continetur. Vide supra ἀθέρωμα.

Ἀθησαύριστος, ν, ὁ ᾗ ἡ, prodigus ; qui nihil recondit in crastinum, vel qui recondi, seu reservari nequit : non repositus in thesauro : ex α, & θησαυρὸς.

Ἀθήτευτος, nemini mercenarius, qui nulli servit ob mercedem : ex α priv. & θητεύω, mercede servio. Th. θὴς, ητὸς, ὁ, mercenarius servus.

Ἀθίγανος, ν, ὁ, vel ἀθίγγανος, Etymol. abhorrens a tangendo, ex α priv. & θιγγάνω, idem quod Th. θίγω, tango. item, nihil volens accipere, epitheron sectæ cujusdam accipere recusantis.

Ἄθικτος, ν, vel ἀθιγὴς, ές, ὁ ᾗ ἡ, intactus. Th. θίγω.

Ἀθίκτως, ους, ὁ ᾗ ἡ, idem. intactus : item, integer, illibatus. Th. idem.

Ἄθλ' pro ἄθλα, pl. ab ἄθλος, ν, τὸ, præmium certaminis. Sed ἄθλος, ν, ὁ, est ipsum certamen. Th. ἄεθλος.

Ἀθλάω, pugno, laboro.

Ἀθλέω, ῶ, certo, f. ήσω. p. ἤθληκα. hinc ἄθλησις, εως, ἡ, certamen.

Ἀθλήματα, certamina, pl. ab ἄθλημα, ατος, τὸ.

Ἀθλητῶν, gen. pl. ab ἀθλητὴς, ῆ, ὁ, luctator. Th. ἄεθλος.

Ἀθλητικὸς, ή, ὁ, Athleticus, ad athletas, seu certatores, vel luctatores pertinens : unde ἀθλητικοὶ ἀγῶνες, certamina athletarum, ἀθλητικὸν σῶμα, corpus robustum & exercitatum, ἀθλητικὴ ἕξις, corpus habitudine athletica, i. e. firma. Aristot. Inde etiam ἀθλητικῶς, adverb. athletice, athlerarum more. Plaur. pugilice & athlerice valeo, pro optime & firmissime. Th. idem.

Ἄθλιος, ν, ὁ, miser : ἄθλιαι, f. g. pl. ἀθλιωτάτας, acc. pl. superl. Th. ἄεθλιος.

Ἀθλιότης, ητος, ἡ, miseria, ærumna, & ἀθλίως, misere, & infeliciter, æruminose, ut ἀθλίως διάκεισθαι, Demosth. misere me habeo, i. e. δυσχῶς, ab ἄθλιος, miser, κακοδαίμων.

Ἀθλοθέτης, ου, ὁ, munerarius certaminis præses : ab ἄθλος, vel ἄθλον, & τίθημι. Hinc ἀθλοθετέω, ludos præbeo, & ἀθλοθεσία, certaminis cura.

Ἄθλον, ν, τὸ idem quod, ἄεθλον, ν, τὸ, certaminis præmium, quod victori datur, vel de quo reportata est victoria. Th. ἄεθλος, ν, ὁ, certamen, & ejus præmium.

Ἄθλος, ν, ὁ, idem quod ἄεθλος.

Ἀθλοφόρος, ν, ὁ, victor ; ex ἄθλον, & φέρω.

Ἄθολος, ν, ὁ ᾗ ἡ, non turbidus, purus, limpidus. ex α priv. & θολὸς, ὁ, sordes.

Ἀθολωτὸς, ν, ὁ, ἡ, limpidus, illimis ; ex α & θολόω.

Ἀθόρυβος, ν, imperturbatus : ab α & θόρυβος.

Ἀθορύβως, ν, ὁ, imperturbatus, tranquillus, & ἀθορύβων, adv. sine tumultu, tranquille. Th. idem.

Ἀθραγένη, nomen arboris, ex qua optima igniaria fiunt : vide Theoph. Hist. Pl. l. 5. c. ult.

Ἄθραυστος, pro ἀτάραχτος, vel ἀτάραχτος, si ex α priv. & θράσσω compositum esset, significaret non punctus, non affus stimulis ; nam Galen. apud Hippocr. expon. θράσσει, κόπτουσι, κεντοῦσι.

Ἄθρυπτος, ν, ὁ ᾗ ἡ, infractus, i. e. qui fra-

Δημόσια Κεντρική Βιβλιοθήκη Βέροιας

fractus non est, vel frangi nequit: integer, invulneratus, &c. ex α priv. & θραυστὸς, fragilis: Th. θραύω, frango.

Ἀθρέω, videre cupio: Suid. a Them. ἀθρέω, intueor: Item dispicio, circumspicio, considero, perpendo: deductum esse putatur a verbo θεωρῶ, per syncopen, præfixo α ἐπιτατικῷ, vel a ὁράω, cerno, præfixo itidem α epitatico, & δ verso in θ. Etymol. & Eust.

Ἀθρέω, f. ήσω. p. ηκα. video, cerno, μετ' ἐπιτάσεως θεωρω.

Ἄθρηματα, τὰ, munera a cognatis missa novis nuptis, (apud Lesbios: Hesych.) sponsæ scil. præcipue, cum dempto velo, se primum retegebat sponso conspiciendam, παρὰ τὸ ἀθρεῖν, ab intuendo. vocabantur etiam θεώρητρα, eandem ob rem.

Ἀθρὶ, adverb. absque luctu, vel lachrymis, q. d. illugubriter, Suid. ex α priv. & θρῖνος, luctus.

Ἄθριξ, carens capillis, glaber, lævis, pilorum expers, ἄτριχος, item, ἄκομος, incomatus: Martial. ex α priv. & θρὶξ, τριχὸς, ἡ, pilus, capillus.

Ἀθριπόδεστος, & ἀθριπόδητος, a vermiculis non arrosus, vel exesus, nullo modo sentiens putredinem, ὁ ὑφ' ὑπὸ θριπῶν. ex α priv. & θρίψ, πός, ὁ, vermis, (a τείβω, tero) & ἐδεστὸς, edulis, esculentus: Th. ἔδω, edo, & ἔδομαι, comedor.

Ἀθροίσασα, a. 1. part. f. g. ab ἀθροίζω, congrego. f. σω. ἀθροίσασα, inf. ἀθροίσαι, p. act. Th. ἀθρόος.

Ἀθροισμὸς, ὁ, ἡ, frequens, celebris, confertus, & ἄθροισμα, ατος, τὸ, collectio, acervus, &c. & ἀθροιστικὸς, ὴ, ὁ, congregativus, collectivus, vim habens aggregandi, ab eodem Themate: sicut etiam ἀθροιστὴς, οῦ, ὁ, congregator, collector, & ἀθροιστήριον, ου, τὸ, congregationis locus &c.

Ἀθρόον, idem quod ἀθρόως, confertim, universe, summatim: item, confestim, repente. Th. idem.

Ἄθρος, ον, ὁ, nullam edens vocem, nec ullum strepitum emittens, ἀθόρυβος, vel ἄνευ θρόου, apud Suidam, sine strepitu, vel clamore: ex α priv. & θρόος, ου, ὁ, clamor, proprie cum tumultuum strepitu, a θρέω, vel θρέομαι, tumultuando clamo.

Ἀθρόος, ον, ὁ, confertus, repentinus: hinc ἀθρόως, confertim: ἀθροότης, ητος, ἡ, universitas: ἀθροίζω, congrego: ἀθροισμὸς, οῦ, ὁ, congregatio.

Ἄθρος, idem quod ἀθρόος, confertus, concervatus: item repentinus. Eust. Etym. factum est ex ἀθρόος, per Synæresin.

Ἀθρόως, adv. i. e. ὁμοῦ, ἀφθόνως, vide ἀθρόον.

Ἄθρυπτος, ον, non fractus luxu: ex α & θρύπτω.

Ἀθρύπτως, severe, & dure, seu austere. Th. idem.

Ἀθυμέω, ῶ, animum despondeo, f. ήσω. p. ηθύμηκα. hinc ἄθυμος, non animosus: ἀθυμία, ἀθυμίη, Jon. animi dejectio: ab α, & θυμός.

Ἀθύμως, q. d. absque animo, i. e. animo dejecto, anxie, Xen. Unde ἀθύμως διακεῖσθαι, despondere animum, Isocrat. Th. idem.

Ἀθυρίζομαι, ludo, lusito: item quod sequens ἀθύρω, exponitur & σπαρτῶ, i. e. talsito, nempe ludendo, exultim ludo, proprie de pueris qui foris discurrunt: ab α priv. & θύρα, janua.

Ἄθυρμα, ατος, τὸ, lusus puerilis, ludicrum: ab ἀθύρω.

Ἀθυρμάτιον, ου, τὸ, diminutivum ab ἄθυρμα, Lucian. in Dialog. ferebat in ulnis ejus ursi catulum, ἀθυρμάτιον, oblectamentum suum, vel delicias suas, &c.

Ἀθυρογλωσσος, vel ἀθυρόγλωττος, loquax, garrulus, qui est lingua effræni, blasphemus, cujus lingua nullis quasi foribus cohibetur, & ἀθυρογλωττία, garrulitas, linguæ licentia, & incontinentia, ἀχαλίνωτος γλῶσσα, linguæ effrænis indulgentia, effrænata lingua, a Suida ponitur: ex α priv. θύρα, janua, & γλῶττα, lingua.

Ἀθυροκόμος, ου, ὁ, ἡ, temere & sine delectu utens legibus, qui legibus pro sua libidine abutitur: Hesych. proprie, qui leges ludos facit: ex ἀθύρω, ludo, & νόμος, lex.

Ἄθυρος, & ἀθύρωτος, ου, ὁ, ἡ, patens, sine janua. Th. θύρα.

Ἀθυρόστομος, ου, ὁ, ἡ, qui linguæ temperare non potest, proprie, cujus os nullis foribus cohibetur, aut cohiberi potest: Soph. echo sic nominatur: inde ἀθυροστομία, ἡ, oris incontinentia, loquacitas, garrulitas, &c. in Epigr. ex α, θύρα, & στόμα.

Ἀθύρω, ludo, cano, lusito: hinc ἄθυρε, 3. sing. imperf. Jon. pro ἤθυρε. forsan ab ἄγαν, & θύω, vel a ὑρὰ, quia foris ludi soleant.

Ἄθυρωτος, idem quod ἄθυρος, janua carens, nullo ostio obstructus: ut ἀθύρωτον στόμα, Plut. os effræne, quasi janitoris egens: ἀπύλωτον.

Ἄθυτος, ον, ὁ, ἡ, non sacrificatus, nec immolatus: Athen. Suid. Phil. ex α pr. & tertia pers. præt. verbi θύομαι, sacrificor: hinc dicitur ἄθυτος ἀπῆλθεν, i. e. abiit re divina non peracta.

Ἀθῷος, ον, ὁ, ἡ, impunis, mulctam nullam passus, innocens: ex α & θυή.

Ἀθῳόω, f. ώσω. p. ωκα. absolvo; mulcta sive pœna libero; non mulcto; innoxium facio, &c. Inde in pass. ἀθῳοῦμαι, justificor, impune fero: unde ἀθῳωθεὶς, justificatus, impune ferens, in Salom. Proverb. idem. Th. inde etiam ἀθῴωσις, ου, ὁ, (id quod ἀθῷος) vel ἡ, impunis, impunitus, illæsus, &c. ἄζημίωσις. Et ἀθῴως, citra damnum, & mulctam, adv. item innocenter. Hesych.

Ἀθώπευτος, ον, ὁς, ἡ, immitis; proprie, inadulabilis, qui blanditiis & assentationibus emolliri non potest: Suid. ex Epigram. scribitur & ἀθώπωτος, ut ἀκολάκευτος, & ἀκολάκωτος, apud Hesych. ex α priv. & ἐωπάω, adulor. Thema est θώπτω, idem, assentor.

Ἀθωράκιστος, ὁ, ἡ, qui thoracatus, aut loricatus non est: item inermis. Xen. ex α priv. & θωρακίζομαι, loricor, thorace munior. Thema est θώραξ, ακος, ὁ, thorax, pectus: item pectoris vestimentum, aut armatura, lorica.

Ἀθώρητος, non temulentus, non ebrius: Hipp. ὁ μὴ μεθύων, παρὰ τὸ μὴ θωρήσσεσθαι· ex α priv. & θωρήσσομαι, loricor, armor; (Th. θώραξ,) item poto.

Ἀθῴωσις, εως, ἡ, absolutio, qua quis innocens pronunciatur: ab ἀθῷος.

A I.

Αἰ, art. præpos. ab ἡ, hæc. αἳ, art. postp. ab ἥ, quæ. αἴ, vel αἰ, heu, hei. ᾱἰ, pro ἀί, Dor. si; & Jon. pro ἤθε, utinam.

Αἲ, vel Αἴ, hei, heu, eheu. Αἰ, inquit Eust. est δυσφορικὸν, idest, quo utimur nos aliquid ægre ferre significantes: Item μεμπτικὸν, idest, quo utimur alicui succensentes: ut αἰ τέλαν, hei miser. raro autem solum positum, frequenter autem geminatum reperitur, & interdum terque quaterque repetitur: ut αἰ αἰ αἲ αἰ τῶν κενῶν ἐλπίδων, apud Luc. in dial. philop.

Αἶα, pro γαῖα, ἡ, terra: in prosa, γῆ· in acc. αἶαν.

Αἴανγμα, ατος, τὸ, luctus, gemitus, θρῆνος. Thema est sequens αἰάζω, vide.

Αἰάζω, lugeo, lamentor, f. ξω, vel σω ab αἴ, heu.

Αἰακίδαο, gen. Jon. ab Αἰακίδης, ου, ὁ, Æacides, nom. propr. acc. pl. Αἰακίδας.

Αἰακίζω, verbero; pro quo supra, ἀεικίζω, & infra αἰκίζω.

Αἰακὸς, οῦ, ὁ, Æacus: ab Αἶαξ, ακος.

Αἰακτὸς, ὴ, ὸν, deflendus, gemitu dignus, lamentabilis, luctuosus, ex Aristoph. est verbale ab αἰάζω, f. σω, lugeo, lamentor.

Αἴαν, voc. ab Αἴας, αντος, ὁ, Ajax: potest etiam esse acc. sing. ab αἶα.

Αἰανὴς, ὴ, ὸν, vel εκνὴς, ὲος, ὁ, ἡ, gravis, perpetuus: q. ab αἰάζω, vel ab αἰνὸς, per Synecp.

Αἴαντε, nom. dual. ab Αἴας.

Αἴας, αντος, ὁ, Ajax.

Αἰβοῖ, heu, hei, dolentis, adverb. ab Heb. אבוי aboi.

Αἴγα, acc. ab αἴξ, αἰγὸς, ὁ, ἡ, caper, & capra: αἶγαν, Dor. pro αἰγῶν, gen.

Αἰγαγρος, seu αἰγάγρεως, ου, ὁ, vel ἡ, caprea, capra, vel caper sylvestris: Plinio rupicapra: dicitur pro αἴξ ἄγριος.

Αἰγαθὲν, adv. Dor. pro Αἰγόθεν, ἐκ τῆς Αἰγῆς, ex tuo Αἰγῶν, ab Ægis.

Αἰγαίων, pro Αἰγαίωνα, acc. sing. Ægæonem, nom. propr.

Αἰγανέκ, ος, ἡ, vel αἰγανέον, ου, τὸ, jaculum, tragula: ab ἄγαν, & τείνω. vel παρὰ τὸ κατὰ αἰγῶν τείνειν.

Αἰγάν, adv. subito, impetuose: ab αἴσσω.

Αἰγέη, ης, ἡ, Jon. caprina pellis. Th. αἴξ.

Αἰγείδεω, acc. ab Αἰγείδης, ου, ὁ, Ægides. patronym. ab Αἰγεύς, έος, ὁ nom. propr.

Αἴγειος, ου, ὁ, ἡ, caprinus: dicitur quoque αἴγεος. Th. αἴξ. Sed Αἴγειος, Ægæus, nom. propr.

Αἰγειπυρος, vel αἰγίπυρος, q. d. capræ triticum, herbæ nomen, de qua Theophr. Hist. Pl. l. 2. c. 9. Sic dici putatur, quod capræ ejus esu gaudeant, sed exp. & rufus, apud Schol. Aristoph. quoniam ægipyrus herba florem habet rubeum, teste Demetrio: ex αἴξ, αἰγὸς, & πυρὸς, ὁ.

Αἰγείρεον, τὸ, unguentum populeum, quod ex uva, quæ fructus ejus est, conficitur: Thema est sequens αἴγειρος.

Αἰγειρίται, species fungorum, qui in populi nigræ trunco nascuntur, a Th. αἴγειρος, ἡ.

Αἴγειρος, ου, ἡ, ἡ, populus nigra: ἀπὸ τῆ ἐγέρσεως. procera enim arbor est.

Αἰγειροφόρος, ὁ, ἡ, ἡ, q. d. populifer, qui, vel quæ populis abundat, ex αἴγειρος, ου, ἡ & φορὸς, ὁ.

Αἰγειρων, ῶνος, locus populis consitus arboribus, a Them. αἴγειρος, populus proprie nigra. nam alba, λεύκη dicitur.

Αἰγελάτης, ου, ὁ, caprarius, in Anth. Epigr. q. d. caprarum agitator, qui caprarum agit gregem: ex αἴξ, capra, & tertia præt. pass. verbi ἐλαύνω, f. σω. p. κα. ab ἐλάω, agito.

Αἴγεος, caprinus, hircinus, unde fœm. αἰγέη, quod absolute nonnunquam ponitur pro pelle caprina, subaudito scil. nomine δορὰ, & dicitur etiam αἰγῆ, per contractionem, (ut λευντὴ, κωμῆ, pro λευτέη, κωμέη,) a Th. αἴξ, αἰγὸς.

Αἰγιάλεια, ἡ, Ægialea, nom. prop.

Αἰγιαλεὺς, piscator, litoreus, quasi in litore degens: sic &

Αἰγιαλίτης, idem, litoreus, ut αἰγιαλίτης ἅμμος, & exp. etiam, in litore habitans, unde fœm. αἰγιαλῖτις, ἴδος, litorea, ut αἰγιαλῖτιδα χηλὴν, Archias in Anth. Epigr. a Th. αἰγιαλὸς, ora maritima.

Αἰγιαλὸς, οῦ, ὁ, litus: hinc αἰγιαλίτης, ου, ὁ, litoreus: αἰγιαλεὺς, έος, ὁ, piscator: q. ab ἄγω, frango, & ἅλς, ἁλὸς, mare.

Αἰγιαλώδης, εος, ὁ, ἡ, ἡ, idem quod αἰγιαλίτης, & Th. idem: litoreus, vel litoralis, in litore habitans.

Αἰγίβοτος, ου, ὁ, ἡ, capris pascendis aptus, ut Od. ν. αἰγίβοτος δ' ἀγαθὴ κε βάβοτος. item αἰγιβότης, capras pascens, vel caprarum pastor, in Epigr. Utrumque ex αἴξ, αἰγὸς, & βοτὸς, ὁ.

Αἰγίδ', acc. pro αἰγίδα, ab αἰγὶς, pellis caprina, munimentum pectoris.

Αἰγίδιον, ου, τὸ, hœdus; 2. Reg. c. 10. diminutivum ab αἴξ.

Αἰγίζω, & Αἰγίσσω, ponuntur inter themata.

Αἰγίζω, f. ίσω, dilacero, dilanio, fio vehementius, & interdum διαιρῶ, divello, & tempestate affligo, apud Æschyl. aliquando etiam capras pasco.

Αἰγιθαλὸς, ου, ὁ, parus, avis quædam, quæ apibus nocet: Arist. hist. anim.

est

Δημόσια Κεντρική Βιβλιοθήκη Βέροιας

est etiam herba & saltationis genus.

Αἰγιθος, ου, ὁ, avis quædam, quam Gaza vertit salus. Arist. hist. l. 9. c. 1.

Αἰγίκνημος, ου, ὁ ϗ ἡ, q. d. capricus: Epitheton Priapi, in Anth. Epig. ex αἴξ capra: & κνήμη, ης, ἡ, crus, sura, tibia.

Αἰγικαρεῖς, caprarii, qui capras saliant, & pascunt; & general. aliorum pecorum pastores; Plut. in Sol. ex αἴξ, αἰγὸς, & καρέω, satio.

Αἰγίλιπος, g. excelsi, ab αἰγίλιψ, capris invius, altus: ab αἴξ, & λείπω. Est & Αἰγίλιψ, urbs Epiri, excelso loco sita.

Αἴγιλωψ, herba quædam capris grata, Theocr. Idyll. 5. a Them. αἴξ, αἰγὸς.

Αἰγίλω, Dor. pro Αἰγίλη. Est autem Αἴγιλος, insula in mari Ligustico, Latine Capraria.

Αἰγίλωψ, & αἴγιλος, abscessus inter nares & oculi majorem angulum: ab αἴξ, & ὤψ, q. d. caprinus oculus; vitium oculi, quod capris fere proprium, & perpetuum est, Celso teste.

Αἰγινῆται, οἱ, Æginenses.

Αἰγινήεις, εντος, ὁ, (adjectivum Poet.) capris abundans: ut αἰγινέεντα ὄρεα, apud Hom. Thema est Αἴξ, capra.

Αἰγίνεσσ, idem quod αἴγιθος, ægithus avis, quæ a Gaza vocatur salus.

Αἰγιόχοιο, gen. Jon. ab αἰγίοχος, ægidem tenens: ex αἰγὶς, & ἔχω.

Αἴγιπαν, ανος, ὁ, q. d. capripan; semica per Pan sic dictus, quod caprino fuerit corpore: fingitur enim fuisse semicaper, & hirci modo libidinosus, iracundus etiam, ut testatur Theocr. Idyll. 1. Plutarchus ait, eum Latine dictum Sylvanum, nom. compositum ex αἴξ, capra, & πάν, Pan.

Αἰγιποδῶν, ῶν, capripes; idem quod sequens

Αἰγίπους, οδος, ὁ, ἡ, pedibus caprinis præditus: ab αἴξ, & πούς.

Αἰγίπυρος, ægipyrus: genus plantæ: vide αἰγίλωψ.

Αἰγὶς, ίδος, ἡ, pellis capræ. Th. αἴξ. exp. etiam procella, atque sic est a Th. αἴσσω, f. ξω.

Αἰγίσιος, ου, ὁ, caper juvenis; qui Latine dicitur hædus; & a Græcis etiam ἔριφος, & forma diminutiva: ab αἴξ, αἰγὸς, ἡ, capra: & interdum ὁ αἴξ, caper.

Αἴγλα, seu αἴγλα μυσίλη, idem quod μυσίλη, i. e. cavata panis offa, in jus aut pulmentum demersa: ut interpretatur Pollux.

Αἰγλάοντα, splendentem, Dor. pro αἰγλήεντα, acc. sing. Sic αἰγλάων pro αἰγλήεις. Th. αἴγλη.

Αἴγλη, ης, ἡ, fulgor. hinc αἰγλήεις, εντος, ὁ, fulgens, splendidus: in acc. αἰγλήοντα, pro αἰγλήεντα.

Αἰγοβόστας, α, ὁ, Dor. pro αἰγοβόσης, ου, ὁ, qui capras pascit: ab αἴξ, & βόσκω.

Αἰγοβόσιος, idem.

Αἰγοδίωξ, caprisequus; capras persequens: ὁ τὰς αἴγας διώκων, ex αἴξ, & διώκω.

Αἰγοθήλη, ης, ἡ, caprimulgus; avis quædam a capræ uberibus sic dicta, ex αἴξ, & θηλὴ, ἡς, mamma.

Αἰγόκερως, ωτος, ὁ, capricornus. Plut. & apud Arat. legitur gen. αἰγοκερῆτος, tanquam a nom. αἰγοκερής; quidam etiam fœnograecum, seu fœnum græcum ita dici putant: ex αἴξ, & κέρας, ατος, τὸ, cornu.

Αἰγοκέφαλος, ου, ὁ, capriceps; i. e. caprinum caput habens; est & nomen avis apud Aristot. de animal. ex αἴξ, & κεφαλὴ, ῆς, ἡ, caput; seu κέφαλος, Cephalus, piscis e mugilum genere.

Αἰγόλεθρος, herba capris noxia & exitiosa: ex αἴξ capra, & ὄλεθρος, ου, ὁ, peteditio: Th. ὄλλυμι, perdo.

Αἰγονόμος, & αἰγονομεύς, caprarum ductor, seu pastor; qui capras pascit: Epigr. item locus capris pascendis accommodatus; inde etiam αἰγονόμιον, τὸ, grex caprarum. omnia ex αἴξ, capra, & νέμω, ου, ὁ, pascuum: Th. νέμω, tribuo, item pasco: inde νομεὺς, pastor.

Αἰγόνυξ, υχος, ὁ ϗ ἡ, ungulas habens caprinas: Epigr. ex αἴξ, & ὄνυξ, υχος, ὁ unguis.

Αἰγιπόδης, & αἰγιπόδης, item αἰγίπους, capripes, caprinos pedes habens; epitheton Panis, Faunorum, & Satyrorum, ex αἴξ, & πούς, ποδὸς, ὁ, pes.

Αἰγοπρόσωπος, caprinam habens faciem: ex αἴξ, & πρόσωπον, facies.

Αἰγὸς, gen. sing. αἰγὸς, gen. pl. ab αἴξ.

Αἰγοφάγος, caprivorus: caprum, seu capros vorans ac edens: sic Juno appellatur, quod capræ ipsi immolarentur: ex αἴξ, & φάγω, edo.

Αἰγόφθαλμος, ου, ὁ ϗ ἡ, oculos habens caprinos, ex αἴξ, & ὀφθαλμὸς, oculus.

Αἰγυπιὸς, ου, ὁ, vultur: a γύψ.

Αἰγύπτιος, ου, ὁ, Ægyptiacus. gen. pl. αἰγυπτίων. Αἰγύπτιαι, Ægyptiæ, ab Αἴγυπτος, ου, ἡ, Ægyptus.

Αἰγυπτοῦρες, p. d. capræ triticum, herbæ nomen, ita dictum, quod capræ ejus esu gaudeant: exponitur etiam rufus, ob florem istius herbæ rubrum, ex αἴξ, & πυρὸς, οῦ, ὁ, triticum.

Αἰγυπτιάζω, f. άσω, Ægyptios imitor; item, vafre me gero, a moribus Ægyptiorum vaframentis infamatorum: Æsch. item, adurere; ab Αἴγυπτος, Ægyptus.

Αἰγύλιδες, ων, ὁ, ulula.

Αἴγων, ωνος, ὁ, caprile. Αἴγων, ωνος, ὁ, nom. propr. pastoris, apud Theocr. utrumque a Them. αἴξ, αἰγὸς.

Αἰγῶν, gen. pl. ab αἴξ.

Αἰγώνυχον, τὸ, Ægonychon, genus herbæ, sic dictæ, quod ungulas caprinas duritia referat ejus semen, teste Dioscor. l. 3. c. 158. (dicitur & ob id semen λεπύσπερμον,) est ab αἰγόνυξ, υχος.

Αἰγωπὸς, ὸς, ὁ, habens oculos caprinos, Aristot. ex αἴξ, & ὤψ, oculus.

Ἀΐδαο, gen. Æol. ab ἀΐδης, ου, ὁ, Orcus: q. ex α, & εἴδω, non video.

Αἴδε, quæ, a nom. ἥδε. masc. ὅσδε.

Αἰδεῖσθαι, revereri, præs. inf. αἰδεῖσθε, præs. imperat. pass. ab αἰδέομαι. f. m. ἐσομαι. p. pass. ᾔδεσμαι. Th. αἰδὼς. hinc αἰδέσιμος, venerabilis,

Ἄϊδες, obscurum, n. g. ab ἀϊδὴς, ους· ex α, & εἶδω.

Ἀΐδηθεν, veriti sunt, pro χαίδησαν, ab χαίδω, a. 1. pass. ab αἰδέομαι. hinc αἰδέσσῃ, reverere, a. 1. imperat. αἴδεσθαι, a. 1. imperat. m. Poet. Th. αἰδὼς.

Αἰδέσιμος, ου, ὁ ϗ ἡ, in oratione soluta, dicitur pro Poetico αἰδοῖος, venerabilis; reverentia dignus; apud Greg. est dignus, qui exoret; item inviolatus, intactus; ab αἰδέσμιος, f. ήσομαι.

Αἰδεσιμόσυνη, ης, ἡ, verecundia, veneratio; ab αἰδέσιμος. vide

Αἰδὼς, οῦς, ἡ, veneratio, reverentia; item, ut inquit Bud. venia, & miseri cordia. Verbale ab αἰδέσμαι, veneror.

Αἰδηρὸς, ὰ, ὁ, reverentia dignus, idem quod αἰδέσιμος, sed minus usitatum. ab αἰδέσμαι.

Ἀΐδης, gen. Jon. ab ἀΐδης, acc. ἀΐδεω.

Ἀΐδηλα, arcana, acc. pl. ab ἀΐδηλος, tenebricosus, inexpectatus; ab ἀΐδης, vel ab α, & ἔδηλος,

Ἀϊδήλως, obscure; ἀφανιστῶς, item, ὀλεθρίως. Il. ρ. evanide, fluxim, latenter. Th. idem, ex α priv. & δῆλος.

Αἰδήμων ονος, ὁ ϗ ἡ, verecundus.

Αἰδημόνως, verecunde, reverenter; idem quod αἰδεσίμως, & ab eodem Th. αἰδέσμαι: unde etiam αἰδημονέω, f. ήσω, verecundiam servo.

Ἄϊδης, & in prosa ᾅδης, ου, ὁ, Orcus, inferi; mors: ab α, & ἰδεῖν.

Ἀΐδὴς, ους, ὁ ϗ ἡ, ϗ τὸ ἀΐδὲς, idem quod ἀϊδὴς, obscurus, inspectabilis; ἀφανὴς, ex α pr. & ἴδω, video.

Ἄϊδι, dat. sing. ab ἄϊδις, ἄϊδος, pro ἀΐδῃ.

Αἰδιμος, idem quod αἰδήμων, verecundus, & idem Th. Αἰδέσμαι, scl. ab αἰδὼς, pudor.

Ἀΐδιος, ου, ὁ ϗ ἡ, perpetuus; ab ἀεὶ. semper.

Ἀϊδιότης, ητος, ἡ, æternitas, perpetuitas; ut apud Arist. 2. de mundo, ἀϊδιότης ψυχῆς, æternitas animæ.

Ἀΐδιος, ad. sempiterne, in perpetuum: utrumque ab ἀΐδιος, sempiternus, æternus; ut ἀΐδιος πόνος; Hesiod. & ἀϊδιος ἄρετη, immortalis gloria, Plut. in Per. Unde τὸ

Ἀΐδιον, substantive ponitur pro æternitas: hinc ἐξ ἀϊδίου, ab æterno, ab ævo: & εἰς ἀΐδιον, in æternum, in ævum; ab ἀεὶ derivari solet, sicut a *semper* fit sempiternus.

Αἰδοῖς, dar. pl. Jon. f. g. ab αἰδοὺς, ὁ, ὁν, tenebricosus: ex α εἶδω.

Αἰδοῖ, reverentiæ, dat. sing. ab αἰδὼς.

Αἰδοιέστατος, ὁ, Poet. pro αἰδοιότατος, ab αἰδοῖος, ὁ, ἡ, pro σεβαστὸς, maxime venerandus.

Αἰδοικὸς, ὴ, ὁ, ad inguen pertinens; ut αἰδοικὴ φάρμακα, apud Æginet. ab αἰδοῖον, τὸ.

Αἰδοῖος, Poet. pro αἰδοῖος, veneratione dignus, reverendus; & in activa etiam signif. verecundus. Item αἰδοιαίδης, εος, ὁ ϗ ἡ, formam inguinis habens, inguinis speciem referens; Athen. l. 7.

Αἰδοίως, cum reverentia, & observantia; Od. τ. adv. ab αἰδοῖος, quod ab αἶδος, εος, τὸ, idem quod, & a Them. αἰδὼς, οος, verecundia, tam in bonam, quam in malam partem; item reverentia, veneratio, observantia, per quam ærate, sapientia, honore, aut aliqua dignitate antecedentes reveremur & colimus, ut apud Plut. in Solone, αἰδὼ μὲν εἶχε καὶ πάλαι παρὰ πᾶσι, i. e. reverebantur & honorabant eum omnes. Item αἰδὼς, exp. & membrum genitale, inguen, pudenda; Il. β. Etymol. & Eust. τῷ αἰδῶ, dictam volunt a non videndo, ex α priv. & verbo εἶδω, quod pudor cogato oculos avertere: unde proverb. αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖς, de quo vid Erasm. in Chil.

Αἰδοίταλμος, morbus pudendorum; ut satyriasis & priapismus, ex αἰδοῖον, τὸ, & πάλλω, ὁ, a Them. πάλλω.

Αἰδοῖον, τὸ, inguen, pl. αἰδοῖα, pudenda.

Αἰδοῖος, venerandus, αἰδοίοισι, dat. pl. Jon.

Αἰδοία, veneranda. Th. αἰδὼς.

Αἴδομαι, idem quod αἰδέσμαι, veneror, pro quo ponitur; Od. Σ. & Plut.

Αἰδομένω, reveriti, dual. part. præs. ab αἰδόμαι, pro αἰδέσμαι.

Ἀΐδρείη, & Jon. ἀϊδρείη. vide in ἄϊδρις.

Αἶδος, εος, τὸ, reverentia, pudor; idem quod Th. αἰδὼς, pudor.

Ἄϊδος, gen. sing. ab ἄϊδις, ἡ, Orcus.

Ἀΐδοσδε, ad inferos; adverbium. Th. ἀϊδὴς, Orcus.

Αἴδου, reverere; imperat. ab αἰδέσμαι.

Αἴδως, reverentiæ, sing. gen. ab αἰδὼς.

Ἄϊδος, gen. ab ἄϊδης.

Αἰδοφοίτης, ου, ὁ, qui ad inferos ventitat. Athen. 12. ex ἀΐδης, ου, ὁ, Orcus; & φοιτάω, ῶ, ito, ventito.

Αἰδόφρων, verecundam mentem habens; verecundus; Eur. in Alc. ex αἰδὼς, ὁ pudor, & φρὴν, mens.

Αἰδόομαι, pudefio; idem quod αἰδέσμαι.

Ἀΐδρησι, dat. pl. Jon. pro ἀΐδρασι, ab ἀϊδρείη, ἡ, inscitia. Ab

Ἀΐδρις, ιος, ὁ, ἡ, imperitus. ἀϊδρία, imperitia. dat. ἀϊδρίῃ, Jon. ex α, & ἰδρὼς.

Ἀΐδρομος, ονος, ὁ, inscius, imprudens, Nic. in Alexiph. (idem quod ἀϊδρὼς) inde ἀϊδρόμοντα, inscienter, per ignorantiam; item ἀϊδρομόντως, idem; i. e. ἀπείρως, pro quo dicitur etiam ἀϊδρεῖ, idem; ex α priv. & ἴδρις, ιος, ὁ ϗ ἡ, sciens, peritus; seu ἰδρὼς, ὼ, ἡ, scientia, peritia. Th. ἴσκω, scio.

Ἀϊδρόδικης, ου, ὁ, Poet. ὁ μὴ ἴδρις ἀϊδρὼς ϗ ἄπειρος, juris ac justitiæ nescius, injustus, perniciosus.

Ἀΐδρυτος, pro ἀϊδρυτος, instabilis, ex α priv. & ἱδρυτὸς, ὴ, ὁ, fundatus, stabilitus, Th. ἱδρύω, colloco.

Αἰδῶ, pro αἰδέω, verecundor. Th. αἰδὼς, pudor; item, αἴδω, idem quod Th. ἀείδω, canto, cano.

Αἰδὼ, acc. sing. ab αἰδὼς. dual. αἰδὼ κηλύσω, pudorem regere.

Ἀΐδωνῆι, dat. sing. ab ἀΐδωνεὺς, ῆος, ὁ, idem quod ἄϊδης, Pluto, Orcus.

Ἀϊδώνιος, ου, ὁ ϗ ἡ, lethalis. Hesych. unde ἀϊδώνια, lethalia, pestilera;

Δημόσια Κεντρική Βιβλιοθήκη Βέροιας

ων. Th. αἴδης, ου, ὁ, Oreus.

Ἀϊδῶς, invisibiliter, item ἀνωπολήπτως, incomprehensibili modo, ab ἀΐδης, idem quod ἀειδής, invisibilis, ex α priv. & εἶδω, video.

Αἰδώς, οῦς, ἡ, pudor: ab α & εἴδω. Pudibundus enim intueri non audet. Vid. in αἰδοίως.

Αἰεί, & αἰέν, Poet. pro ἀεί, semper, adv. Cret. αἰές.

Αἰεγενετάων, gen. Æol. pro αἰειγενετῶν. αἰεγενετῆσι, dat. Jon. pro αἰειγενέταις, ab αἰειγενέτης, ου, ὁ, sempiternus: ex ἀεὶ & γένομαι.

Αἰεναῦται, idem quod ἀεναῦται, q. d. semper nautæ: magistratus quidam apud Milesios, teste Hesychio, qui, consensis navibus, consilia de maximis rebus agitabat procul a terra; deinde, quum ratam habebat aliquam sententiam, revertebatur, ex ἀεὶ, vel αἰεὶ, semper, & ναύτης, ου, ὁ, nauta. Th. ναῦς, νεὸς, navis.

Αἰέν, poetice, pro ἀεὶ, semper, Iliad. α. θεοὶ αἰὲν ἐόντες. i. e. ἀθάνατοι.

Αἰενοικέω, domus æterna: αἰϊδιοικέω οἰκέω, ἡ ἀδιάλειπτος. ex αἰέν, semper, & οἰκέω, domus.

Αἰενυπνέω, ὁ, ἡ ἡ, æterno perfusus somno; item, æternos afferens somnos; Soph. in Œd. item quod ἀεύπνεω, ex ἀεὶ, & ὕπνος, somnus.

Αἰετὸς, Attice vel Jonice, aquila dicitur pro ἀετὸς, item aquila, piscis nomen, e genere cartilagineo; apud Arist. Hist. an. l. 5. c. 5. Atque inde

Αἰετώδης, ους, ὁ, qui ex aquilarum est genere, seu aquilis similis, a Th. ἀετὸς, ὁ.

Ἀϊζηέω, juvenilis: ab ἀΐζηός.

Ἀϊζηός, οῦ, ὁ, pro quo & ἀζηός, juvenis. gen. pl. ἀϊζηων, q. d. ἀεὶ ζέων; qui juvenili robore viget, παρὰ τὸ ἄγαν ἢ ἀεὶ αἰματιζέειν, facta compositione ex α epitar. & verbo ζέω, quod juvenes ferveant, & calidiores sint, atque animosiores: interdum ponitur pro νέος, seu ἀκμάζων, adjective; ut Il. π. αἰνὲ ἐοικὼς ἀϊζηῷ τε κρατερῷ τε, juveni, & robusto; seu florenti annis, & valenti viribus.

Αἴης, gen. sing. αἴη. dat. Jon. ab αἶα.

Αἰλωός, τὸ, dirum, lamentabile; grave valde, & molestum. Etym. ab αἰ, αἰ, hei, eheu. item est ὠόνιον, quia mors prandii sempiterni vice ponitur, apud eundem Etym.

Αἴνητεω, gen. Æol. pro Αἴνητε, ab Αἴνητος, nomen viri.

Αἴνητος, seu ἄνητος, ventis expositus, flabilis: ab ἄω.

Αἵ, quæ, pro αἵτε, ab ὅς, ἥ, ὅ.

Αἰθαλόεις, ὑ, ὁ, fuliginosus, fumosus; καπνώδης. Etym. a sequente

Αἰθάλη, ης, ἡ, fuligo, favilla: est & αἴθαλος, q. ab αἴθω. est enim ab ustione. αἰθαλόων, ονος, ardens; epith. cicadæ, ab αἴθω.

Αἰθαλώεις, εντος, ardens: acc. sing. αἰθαλόεντα· ab αἴθω.

Αἰθαλοκαμπία, ἡ, fumi instar vana jactantia; Suid. inde plur. αἰθαλοκαμπίαι, αἱ, fumi impostura, ψευδολογία. Etym. ab αἰθάλη, fuligo, & κόμπος, ου, ὁ, jactator, a κόμπος, ου, ὁ, crepitus.

Αἰθαλόω, f. ώσω, p. ωκα, uro, combum; Eurip. item, nigrefacio; proprie, fuliginosum reddo, ab αἰθάλη.

Αἰθαλώδης, fuliginosus, fumeus, obscurus. Aristot. in favillas conversus.

Αἰθαυστὴς, οῦ, ὁ, ustus, combustus, Lycoph. utrumque ab αἰθάλη.

Αἴθαι, Dor. pro αἰθῶν, gen. ab αἰθὼς.

Αἴθε, pro αἴθες, Dor. utinam.

Αἰθέων, ουσα, ον, ὁ, urens, ardens ex αἴθω, & ὄψις, εως, ἡ, visus.

Αἴθερα, poetice, interdum pro εἰς αἰθέρα, Hom. Il. σ.

Αἰθερεμβατέω, in Epigr. per ætherem incedo, item quod αἰθερεβατέω, ex αἰθὴρ, & βατέω (inusitato verbo, nisi in compositione) vado. Them. βαίνω, gradior.

Αἰθέρι, in æthere; adverb. ab αἰθὴρ.

Αἰθερικὸς, idem quod αἰθέριος, æthereus; dicitur etiam αἰθερώδης, ὁ ἡ ἥ, τὸ, ες, idem.

Αἰθερομβατέω, idem quod αἰθερεμβατέω.

Αἰθέριος, pure & munde instar τῶν αἰθερίων, quæ terrenis sunt puriora; est adv. ab αἰθέριος, ad ætherem pertinens: ab αἰθὴρ, έρος.

Αἰθεροδρόμος, ου, ὁ, ἡ ἡ, per ætherem currens; in Epigr. ex αἰθὴρ, & δρόμος, ου, ὁ, cursus. Th. inusitatum δρέμω, idem quod τρέχω, curro.

Αἰθήεις, εντος, ὁ, ex ustione niger, vel etiam ruber; Nicand. Th. αἴθω, uro.

Αἰθὴρ, έρος, ἐρι, ὁ, æther; ab αἴθω· hinc αἰθέριος, æthereus: αἰθεροβατέω, per ætherem vagor: αἰθερειδὴς, ὲς, ὁ ἡ ἥ, æthetis speciem referens. v. ὕετός.

Αἴθεινος, η, ὁ ἡ ἥ, aptus comburi; vel, quod facile comburitur; Etym. item, niger.

Αἰθεισπα, acc. sing. ab Αἰθίοψ, οπος, ὁ, Αἰθιοπῆας, acc. pl. ab Αἰθιοπεύς, Æthiops: ab αἴθω, & ὤψ.

Αἴθοκες, vel Αἰθόλικες, pustulæ in summa cute, ex igne, vel aliunde; ab αἴθω, uro.

Αἰθομαι, ardeo, accendor: passivum ab αἴθω, uro.

Αἰθομένοιο, gen. Jon. αἰθομένοισι, dat. pl. præs. part. pass. ab αἴθω, ardeo.

Αἴθοπα, acc. sing. ab αἴθοψ, οπος, ὁ, ἡ, calidus, niger: q. αἴθων τῶν ὤψιν.

Αἰθὸς, ή, όν, niger, Poet. pro μέλας.

Αἶθος, εος, τὸ, æstus, ambustum, ardor. Hesych. item πῦρ, ἡ φλὸξ, ignis & flamma, ab αἴθω, uro.

Αἰθὸς, ῦ, ὁ, exp. ardens, flagrans; item ambustus; ab Eust. exp ἀπανθρακωμένος, i. e. in carbones redactus; atque inde niger, unde Callim. κασσίτερον αἰθὸν vocat cinerem nigrum; a Th. αἴθω.

Αἰθοῦσα, dat. sing. ab αἴθουσα, ἡ, porticus; ab αἴθω.

Αἴθρα, ας, ἡ, aeris serenitas: q. ab αἰθὴρ, aer. αἴθρες, ων, ὁ, pruina: αἰθρινὸς, η, ὁ, matutinus; αἴθριος, α, ὁ, serenus. αἰθρία, ας, ἡ, serenus aer.

Αἰθρίω, ῶ, conturbo tempestate, seu procella, Hesych. & Suid. tempestatem fero; sub dio versor, χειμάζω, Th. αἴθρα, vel αἴθρη, serenitas.

Αἰθριγενὴς, idem est quod αἰθριγενέτης, frigus & pruinam, vel serenitatem inducens.

Αἰθρηγὴς, ές, ὁ, ἡ, frigus, vel serenitatem inducens: ab αἰθὴρ, & γένομαι.

Αἰθρηγενέτης, ου, ὁ, idem.

Αἴθριος, serenus, sudus. Oppian. idem quod αἰθρίη. Th. αἴθρη, vel αἴθρα.

Αἰθρία, ἡ, aer sudus & serenus, serenitas, sudum; (huic opponitur ὀμίχλη) exp. & nocturnum serenum; apud Herodot. in Euterpe; item ὁ αἰθρίη exp. sub dio; apud eund. a Th. αἴθρα, ἡ.

Αἰθριάζω, f. άσω, sereno, serenum reddo, illustro. Aristoph. item in cœlo sereno versor; Greg.

Αἰθριάω, nocturno sereno expono; sub dio per noctem expono. Hippocr. utrumque ab αἰθρία, idem quod αἴθρη, serenitas.

Αἰθριοκοιτέω, sub dio dormio: quod ab αἰθρία, & κοίτη.

Αἴθριος, α, ὁ, serenus, sudus; item subdialis, qui est sub dio, seu sub aere, vel sub Jove frigido; ut apud Luc. τὸ αἴθριον ὁ αὐλὴς, exp. subdialis, pars atrii, item αἴθριος ἠχὼ, apud Nonn. periphrastice ponitur pro tonitru; itidem a Th. αἴθρα, ἡ. Sed αἴθριος, exp. & frigidus; & sic fit ab αἶθρος, ὁ.

Αἶθρος, α, ὁ, pruina; frigus matutinum; Od. ξ. a Suida exp. τὸ κάυμα, atque inde αἰθρινὸς, η, ὁ, matutinus, Hesych. Sed αἰθρὸς, α, ὁ, exp. flans a serena cœli parte ventus; apud eund. omnia a Th. αἴθρα, ἡ, Jon. αἴθρη, aer serenus & sudus, cui opponitur, ἀὴρ. ut Il. ρ. ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι ὑπ' ἠέρος ἠδ' ἀχλυος, Ποίησον δ' αἴθρην.

Αἰθυγμὸς, incitamentum, incitabulum Gellio; vel suscitabulum Varroni, fomes, & incentivum; αἴθυσμα, Etym. Suidas ait de igne dici; exponitur κίνησις, θέρμασμα.

Αἰθυκτὴρ, violentus, impetuosus; Oppian. ab αἰθύσσω, splendeo; item suscito, extendo, jacio, concurio.

Αἰθύλικες, idem quod αἰθόλικες, quod vide cum αἴθοκες.

Αἰθυλικώδης, qui refert formam pustularum, quæ αἰθύλικες (videatur) dicuntur.

Αἴθυια, ας, ἡ, mergus.

Αἰθύσσω, calefacio, moveo: ex αἴθω.

Αἴθω, f. σω, p. κα, uro, accendo, fulgeo. hinc αἶθος, εος, τὸ, ardor. αἴθων, ονος, ardens, flagrans: αἰθάλη, fuligo. αἰθαλόω, comburo.

Αἴθω, vel αἰθῶ, expiro. ἔκπνεω. fit ab αἴω, αἴσω, αἰθῶ, αἰθω, Hom.

Αἴκ', pro αἴκα. vel αἰκε, Dor. pro ἐάν, siquidem: & Æol. αἴκε.

Αἰκάζω, f. άσω, voco, καλῶ.

Αἰκάλη, ης, ἡ, blanditia; Th. sequens

Αἰκάλλω, f. αλῶ, blandior, a καλῶ, vel a κάλλος· assentatori enim omnia belle: hinc αἰκαλος, ου, ὁ, adulator.

Αἶκες, (quasi a sing. αἶξ) exp. idem quod αἰκαὶ, i. e. ὁρμαὶ) a sing. αἰκὴ, ἡ, motus alicujus, qui irruit, violentus impetus; Il. ο.

Αἰκὴ, ῆς, ἡ, violentus motus: ab αἴσσω.

Αἰκία, ας, ἡ, plaga, verbera, injuria, quæ fit cædendo; αἴκισμα, ατος, τὸ, idem. q. ab αἰκίζω. Hinc αἰκίζομαι, pulsor: αἰκιζόμενος, præs. part. αἰκισμὸς, ου, ὁ, pulsatio: αἴκισμα, τὸ, plaga.

Αἰκίζω, f. ίσω, cædo, contumelia afficio, crucio, mutilo, verberibus fœdo, ab αἰκία.

Αἰκικὸς, contumeliosus; ὑβριστικὸς. Th. αἰκία.

Αἴκιον, ου, τὸ, læsio, damnum; item αἴκισμα & αἰκισμὸς, flagellatio. Th. αἰκία, ης.

Αἰκιστικὸς, ὴ, όν, ad pulsandum proclivis, contumeliosus, sceleratus, ab αἰκίζω.

Αἰκίσιμα, ὴ, quæ pulsat. Suid. ἡ αἰκίζουσα.

Αἴκλος, ου, ὁ, vespertinus: αἴκλον, cœna, Hesych. αἴκνον· quod ab α, & ἱκνέομαι, quoniam ad cœnam libenter venitur.

Αἴκητος, η, ὁ, exponitur ἀπρόσιτος, inaccessus; ad quem perveniri nequit; item, ingens, inaccessibilis; ex α priv. & ἱκνέομαι, venio.

Αἰκῶς, turpiter, pro αἰσχρῶς.

Αἴλινα, adv. Poet. pro αἰλίνως, lugubriter.

Αἰλινὸς, ὴ, όν, miser, lamentabilis; θρηνητικός.

Αἴλουρος, radix quædam, ira vocata, quod cati, seu feles ea utantur; Hesych. ab αἴλουρος, ὁ, catus.

Αἰλουρόμορφος, æluri (cati, seu felis) formam habens; ex αἴλουρος, felis, & μορφὴ, forma.

Αἴλουρος, ου, ὁ, felis, παρὰ τὸ αἰόλλω τὴν ὁράν.

Αἷμα, & αἷμ', ατος, τὸ, sanguis, cædes, consanguinitas: ab αἴθω, per translationem spiritus: hinc αἱματικὸς, ὴ, όν, sanguineus: αἱματώδης, idem, αἱμαντὴ, ἡ, ensis: αἱματίζω, sanguinem elicio: αἱματόω, cruento.

Αἱμακορία, ας, ἡ, parentatio: & αἱμακρία, inferiæ: ex αἷμα, & κορέω, satio, quasi mortui saturentur sanguine eorum, quæ illis immolantur.

Αἱμακτὸς, ὴ, όν, sanguinolentus, cruentatus; Eurip. cruentus; sic, αἱμαντρὸς, αἱμάσσων, α, ὁ, ἡ ἥ, αἱματόεις, εντος, ὁ, αἱμήεις & αἱμῆρος, idem, vel sanguineus, i. e. constans sanguine, omnia ab αἱμάσσω, cruento, vel Them. αἷμα.

Αἱμάλιος, cruentus; ab αἷμα, τὸ.

Αἱμαλωπὴς, color sanguinem præ se ferens, concrementum sanguinis; Dioscor. &

Αἱμαλώψ, cruenta suffusio, præsertim in oculis; unde αἱμαλωπες dicuntur, quibus oculi cruentati; Gal. ab αἱμάλεος, & ὤψ: Αἱματωπὸς, idem.

Αἱμάξασα, a. 1. part. act. f. g. ab αἱμάσσω.

Αἱμασιὰ, ἡ, sepes, proprie, inquit Suid. quæ spinas habet; sic dicta, quia αἱμάσσοντας earum spinis, qui eas ingrediuntur; item exp. maceria, seu septum murale: apud Herodot. l. 1. Unde

Αἱμα-

Δημόσια Κεντρική Βιβλιοθήκη Βέροιας

Αἱμασπώδης, ες, ὁ ᾗ ἡ, sepis, vel macerie formam habens; aut ex eadem materia factus, qua αἱμασιαί. sed exp. & macerioſus; apud Plat. de Leg. a Thc. αἷμα, τὸ, unde αἱμάσσω, idem quod αἱματόω, ſed interdum αἱμάσσω ſignif. vellicando ſanguinem elicio; vellico, ita ut ſanguinem eliciam.

Αἱμάσσω, cruento. f. ξω. p. χα. ab eodem Them. Vide in αἱμασπώδης.

Αἱματεκχυσία, ας, ἡ, ſanguinis effuſio: ex αἷμα, & ἔκχυσις.

Αἱμάτη, enſis, gladius; item αἱματία, ἡ, jus nigrum, quod uſitatiſſimum Lacedæmoniorum erat edulium; ut ait Poll. Unde αἱματαπάτης χορδή, apud Athen. inteſtinum dicebatur fartum ſanguine.

Αἱματηρός, ſanguinolentus, cruentus: & αἱματίζω, ſanguinem elicio; ut & αἱματικός, ἡ, ὁ, & αἱματώδης, ες, ὁ ᾗ ἡ, ſanguineus, conſtans ſanguine; ut & αἱματοειδής, ες, ὁ, idem quod αἱματηρός, & omnia a Them. αἷμα, ατος, τό.

Αἱμάτιον, ε, τὸ, diminutivum, ſanguis exiguus; ſanguiculus. Th. idem.

Αἱματίτης, ου, ὁ, Hæmatites, lapidis nomen, qui ita dicitur a ſanguineo colore; vel ab effectu, & virtute, quod ſanguinem reprimat, Plin. Dioſc. Th. αἷμα.

Αἱματοβόρος, & αἱμοβόρος, & interdum αἱμαβόρος, ſanguivorus; ex αἷμα, & βορός, ὁ.

Αἱματοίοσαι, cruentæ, pl. num. f. g. ab αἱματόεις, εσσα, εν· ab αἷμα.

Αἱματοποιὸς, ſanguificandi vim habens, & ἡ, αἱματοποιητικὴ δύναμις, dicitur ipſa facultas ſanguifica; ex αἷμα, & ποιέω.

